



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 64. Libellus supplex Duci, Ducissæ, ac Senatui a Valdensibus porrectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

haud erat diuturna, quippe paulo post plurimi ex iis, qui hasce valles incolabant, rogi supplicio, aliisque pœnis mulctabantur: alii vero ad triremes damnati, & non pauci vitæ gratia donati sunt, ne regio incolis penitus destitueretur: ceterum omnes hæ severitates Sabaudicæ Ducis morbo interrumpabantur.

## §. LXIV.

*Libellus supplicis Duci, Ducissæ, ac Senatui a Valdensibus porrectus.*

Paulopost Philibertus Sabaudus Ranconius Comes, Vir lenitatis, & patriæ tranquillitatis studiosus ad Angro-niam vallem descendit, atque ibi adveniens non sine magna adstantium admiratione concioni, quæ tunc forte habebatur, interfuit, qua benigne audita spurii Evangelii Ministros sevocat, & pauca de Principis ægritudine præfatus nequaquam istas vexationum procellas illius jussu excitatas affirmat, rogatque eos, ut rationem inirent, qua ipsius animus mitigari posset: verum illi ad hæc Philiberti verba responderunt: „non aliud nobis superest remedium, „nisi ut ei nostri hujus populi innocentiam manifestam reddamus, atque „ea ex causa jam antea per Carolum Lu-

Sæc. XVI.  
A.C. 1561.

Thuan. l. 127.  
num. 3.

Lu-



Sæc. XVI.  
A.C. 1561.

„Lufernæ Comitem eidem libellum offer-  
 „re curavimus, quo nostræ confessionis  
 „capita continebantur, sed nescimus,  
 „an hic ad illum perlatus sit, proinde  
 „oramus te obnixè, ut in miserorum  
 „hominum gratiam eodem officio apud  
 „Principem perfungi digneris, oblati-  
 „que tribus libellis, unum Principi, al-  
 „terum Margaritæ ejus Uxori, in cujus  
 „æquitate magnum præsidium ponimus,  
 „tertium Senatui tradi petimus., Ac-  
 „ceptis hisce libellis & re in Principis  
 „consilio agitata Raconius Comes ad eos  
 „reversus exposuit, quod eorum profes-  
 „sio fidei Romam fuerit transmissa, atque  
 „ad eam responsum propediem ex-  
 „spectetur.

§. LXV.

*Publica cum eorum Ministris disputa-  
 tio per Pontificem interdicta.*

**I**nterea Dux disputationem publicam  
 institui voluit, in qua quidam Ca-  
 tholicorum Doctores ex una, ex altera  
 vero parte celebriores hæreticorum Mi-  
 nistri in arenam descenderent; cum  
 vero Dux absque summi Pontificis vo-  
 luntate, ac consensu nihil aggredi vel-  
 let, rem eidem proponi jussit, trans-  
 missa etiam fidei confessione: verebatur  
 autem Pontifex, ne tunc, si Ducis vo-  
 luntati cederet, ceteri quoque Princi-  
 pes